

*Instrumentum assignationis dotium
da parte di Margherita de Madio,
figlia del defunto Angelo, a favore
di Sandrullo Curiale, di Cilento.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum assignationis dotium
da parte di Margherita de Madio,
figlia del defunto Angelo, a favore
di Sandrullo Curiale, di Cilento.*

1354 agosto 31

Angelo, a favore di Sandrullo Curiale, di Cilento.

† Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, regnantibus serenissimis dominis domino nostro Ludovico et domina nostra Iohanna, Dei gratia Ierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forqualquerii ac Pedimontis comitibus, regnorum vero predicti domini regis anno septimo et predictae domine regine anno duodecimo, feliciter, amen, die ultimo mensis agusti, septime indictionis, apud civitatem Potencie.

Nos Nicolaus notarii Andree annalis iudex ipsius civitatis Potencie, Angelus de Gaudio de eadem civitate publicus ubilibet per regnum Sicilie regia et reginali auctoritate notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto publico notumfacimus et testamur atque fatemur quod dum predicto die nobis presentibus, videntibus et audientibus matrimonium contraheretur et celebraretur coram facie ecclesie per verba legitime de presenti, sacerdotali benedictione interveniente et aliis sollempnitatibus observatis, que in contrahendis matrimoniis requiruntur a iure, inter nobilem virum Sandrillum Curialem de Cilento, ex parte una, et nobilem mulierem Margaritam de Madio, filiam condam domini Angeli de Madio, de predicta civitate Potencie, ex parte altera. Prefata Margarita, contemplacione matrimonii supradicti, dedit, tradidit et assignavit eidem Sandrullo, viro suo, presenti, stipulanti et recipienti in dotem, dotis nomine et pro dote, cum pactis et conditionibus infrascriptis, pecuniam et bona stabilia subdistintas, videlicet in carlenis argenti sexaginta per unciam computatis, uncias triginta ponderis generalis, quas quidem uncias triginta dictus Sandrullus eodem predicto die nobis presentibus

fuit confessus et contentus se recepisse et integraliter habuisse, ac sibi solutas, numeratas et traditas fuisse a Margarita predicta. Item subscripta bona stabilia sistencia in dicta civitate Potencie et eius territorio subscriptis locis et finibus designata, ut dixit, videlicet domum unam in qua habitat Robertus Laborator de Potencia, scitam in parrochia Sancti Girardi, iuxta domos condam Riccardi de Roto, iuxta domum diaconi Martini de notario Andrea, viam publicam et alios fines. Item domum aliam in qua habitat magister Antonius barberius, scitam in eadem parrochia Sancti Girardi, iuxta domos domini Guillelmi de Ponciaco, iuxta vias publicas et alios fines. Item vineam unam scitam in contrata Podii de Episcopo, iuxta vineam heredum condam Robertelli de Lacupensuli, iuxta vineam Roberti domini Provincialis et alios fines. Item ortum unum scitum subtus menia dicte civitatis Sandrullo, iuxta ortum dompni Duranti Melli, iuxta ortum ecclesie Sancti Girardi et alios fines. Item petiam unam terre scitam in contrata Fluminis Tere, iuxta terras heredum condam Robertelli de Lacupensuli et alios fines. Item terras alias scitas in eadem contrata Tere, citra dictum flumen Tere, supra a quodam aquali, iuxta terras ecclesie Sancti Girardi, iuxta terras monasterii Sancti Lazari, iuxta vallorum de Gazis et alios fines. Item peciam aliam terre scitam in eadem contrata Tere, citra flumen Tere predictae, iuxta ayrilia Sancti Lazari, iuxta predictum flumen Tere et alios fines. Item terras alias scitas in eadem contrata Tere, a supradicto aquali infra, iuxta terras abbatis Demetrii de Lacupensuli cantoris Potentini, que fuerunt condam Manfridi de Calvello, iuxta terras predicti monasterii Sancti Lazari, iuxta aliam terram a supradicto aquali et alios fines. Item

partem unius alie petie terre quam habet pro indiviso cum herede condam domini Angelo de Madio, scitam in dicta contrata Tere, ultra dictum flumen Tere, suis finibus limitatam. Item petiam aliam terre scitam in contrata Capuane, iuxta terras eiusdem monasterii Sancti Lazari, iuxta terras iudicis Nicolai de sire Pascali et alios fines. Item petiam aliam terre scitam in contrata Margine, iuxta terras Riccardi de David et alios fines. Item petiam aliam terre scitam in contrata Rivissi, iuxta terras heredum condam Barione de Madio, iuxta terras ecclesie Sancte Marie de Sancto Sepu<dro de Casali Sancte Trinitatis et alios fines. Item petiam aliam terre scitam in contrata Matine de Rivisco, iuxta terras ecclesie Sancti Girardi, iuxta terras heredum condam domini Angeli de Madio et alios fines. Item petiam aliam terre scitam in eadem contrata Matine de Rivisco, iuxta terras diaconi Martini de notario Andrea, iuxta terras Thomasii Conti et alios fines. Item petiam aliam terre scitam in eadem contrata Matine de Rivisco, iuxta terras Gabrielis de Gratiano, iuxta terras Iacobini dicti Ziopparri, et alios fines. Extimata omnia predicta bona stabilia concorditer inter eosdem coniuges pro unciis septuaginta novem in carlenis argenti sexaginta per unciam computatis. Ita quod extimatio ipsa non faciat precium emptionis, que quidem omnia supradicta bona stabilia dictus Sandrullus similiter, eodem predicto die nobis presentibus, fuit confessus et contentus se recepisse et habuisse a prefata Margarita, uxore sua, dante et assignante sibi in dotem, similiter dotis nomine et pro dote. Renuncians dictus Sandrullus exceptioni dotis caute, non numerate pecunie seu assignate dotis, non ponderati et electi argenti, exceptioni doli mali, metus et in factum, actioni et omni alii iuri et legum auxilio per quod posset dicta confessio

retractari. Pacta vero et conditiones predictae sunt hec, videlicet quod si contingerit predictam Margaritam eidem Sandrullo, viro suo, premori liberis comunibus non relictis, quod medietas dictarum unciarum triginta et bonorum stabilium predictorum revertantur ad proximiores ipsius Margarite, reliqua vero medietas ipsius pecunie et bonorum stabilium predictorum penes eundem Sandrillum debeant remanere. Item si contingerit dictum Sandrillum premori eidem Margarite, uxori sue, similiter liberis comunibus non relictis, quod dicta Margarita debeat capere, percipere et habere in bonis, de bonis et ex bonis ipsius Sandrulli predictas uncias triginta in eisdem carlenis computandis, ut supra, nec non et bona stabilia supradicta. Insuper dicta Margarita lucrifaciat in bonis ipsius Sandrulli in dotarium propter nuptias atque dotario uncias quinquaginta quatuor et tarenos quindecim in eisdem carlenis computandis, ut supra, et ponderis supradicti. Quas uncias quinquaginta quatuor et tarenos quindecim pro predicto suo dotario, una cum predictis unciis triginta de bonis ipsius Sandrulli, dicta Margarita libere possit et debeat capere, percipere et habere. Quod dotarium fuit per predictam Margaritam, iure romano viventem, sicut ceteri homines et mulieres de prefata civitate Potencie ab antiquo vixerunt et vivunt, ab eodem Sandrullo, viro suo, sollemniter et legitime stipulatum promisitque dictus Sandrullus ac se suosque heredes sollemniter obligavit predictae Margarite, uxori sue, stipulanti ipsas promissiones et obligationes pro se et suis heredibus, quod si casus acciderit dissolutionis dicti matrimonii restituere, resignare ac etiam solvere predictas dotes cum dotario memorato Margarite predictae. Pro quibus omnibus

et singulis firmiter observandis, predictus Sandrullus obligavit eidem Margarite omnia eius bona mobilia et stabilia ubicumque sistentia, habita et habenda, acto etiam et expresse convento inter coniuges predictos quod pro restituendis, ut premittitur, predictis unciis triginta eidem Margarite in casu premissis, supradictus Sandrullus penes eandem Margaritam stipulantem et recipientem fideiussores posuit infrascriptos nobiles viros, videlicet dominum Robertum Curialem, fratrem suum, Masullum Cabanum de Cilento et Thomasium de Fornariis, ibidem presentes et pro predictis unciis triginta restituendis, sponte fideiubentes, quilibet ipsorum insolidum et ad quem melius dicta Margarita seu alius pro eadem voluerit se tenere. Qui fideiussores et eorum singuli, prius certificatione prehabita, renunciaverunt legi «Sancimus», epistule divi Adriani, auctentice de duobus et iuri de primo et principali conveniendo pro fideiussoribus introductis, obligaverunt se et eorum bona omnia mobilia et stabilia, habita et habenda, pignorandas fore per bona eorum pignora sine decreto iudicis et auctoritate pretoris, donec predictae uncie triginta eidem Margarite penitus exolvantur, refficere quoque et resarcire omnia dampna, expensas, incomoda et interesse siquas prefatam Margaritam continget incurrere pro recuperandis et recolligendis unciis triginta predictis, de quibus expensis, dampnis, incomodis et interesse prefati fideiussores ex nunc prout ex tunc stare voluerunt dicto simplici et verbo Margarite predictae et heredum suorum vel alterius pro eisdem, absque alia aliqua probatione, sacramenti delatione et iudicis taxatione propterea requirendis. Insuper voluerunt et mandaverunt prefatus Sandrullus et predicti eius fideiussores quod si aliqua iuris sollempnitas in presenti instrumento

defficeret, tacite intelligatur in eo et reffici possit et valeat semel et pluries ad sensum sapientis eligendi per prefatam Margaritam vel eius heredes prefatis Sandrullo et eius fideiussoribus sive suis heredibus, propterea minime requirendis veritatis substantia non mutata. In cuius rei testimonium et dicte Margarite heredum seu successorum suorum cautelam factum est de premissis per manus mei predicti notarii presens publicum instrumentum, solito meo signo signatum, subscriptione mei qui supra iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

1

2

3

4

Così A

Oggi Rocca Cilento, frazione del comune di Lustra (SA)

In qualità di diacono, Demetrio compare già nell'anno 1324 in occasione del versamento delle decime alla camera apostolica, per il quale pagò una somma di quattro tarì e mezzo (*Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria*, p. 170, n. 2169). Il 17 novembre del 1331 sottoscrive l'atto di vendita di una casa fatto da Angelo de sire Pascale, di Potenza, e sua moglie Domenica a Nicola Rotundo, chierico della chiesa della Santa Trinità di Potenza (ASPz, fondo Trinità, perg. n. 7).

La chiesa di Santa Maria del Sepolcro, posta nel Casale di Potenza, fu amministrata dal clero della di San Gerardo fino al 1354; poco dopo e per tutta l'età angioina fu data ai Padri Zoccolanti di San Francesco, nel 1488 agli Osservanti (L. WADDING, *Annales Minorum seu Trium Ordinum a S. Francisco institutorum*, Roma 1735, XIV, p. 454, n. XXIX;

Quod scripsi ego idem Angelus de Gaudio puplicus
ut supra notarius qui predictis rogatus interfui et meo
solito signo signavi. SN † Ego Nicolaus notarii Andree
iudex civitatis Potencie qui supra. † Ego Matheus de

RENDINA, *Istoria della città di Potenza*, ediz. Abbondanza, p. 266; ediz. Villani-Mariano-Caserta, p. 269). A seguito di quest'ultimo passaggio, fu ricostruita insieme al convento sul preesistente impianto del XII-XIII secolo per intervento del conte di Potenza, Antonio de Guevara, divenendo il luogo di culto e di sepoltura della famiglia (N. MASINI, *La città dei de Guevarae il ruolo dei francescani*, in *Potenza. Le città nella storia*, a cura di A. Buccaro, Bari 1997, pp. 36-40, qui p. 38; RESTAINO, *La città di Potenza nell'età medievale*, pp. 103-104). Il suo clero nel 1310 e nel 1324 versava alla camaera postolica la somma di sei tari (*Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria* *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria*, p. 170, n. 2152; p. 171, n. 2186). Insieme alle chiese della Trinità, di San Francesco, di San Michele, di San Gerardo, di Santa Maria Annunziata, di Santa Caterina, di San Giovanni, di San Pietro, di Santa Sofia e alle monache del convento di San Lazzaro, il 30 luglio del 1348 la chiesa del Sepolcro è fatto oggetto di lascito da parte del magister Manfredi Tartarelli di Potenza (ASPz, fondo Trinità, perg. n. 10). In un contratto di vendita del 23 aprile del 1353 è apposta la sottoscrizione testimoniale del prete Graziano probabilmente Graziano de Graciano che si qualifica arciprete della chiesa del Santo Sepolcro (ASDPz, fondo Trinità, perg. n. 34). Per un quadro più ampio sulla chiesa del Sepolcro si rimanda a (PELLETTIERI-A. RUBINO, *Tra il Casale e la Città. Santa Maria del Sepolcro di Potenza e la vicenda dei Frati Minori in Basilicata*, capp. II-III, pp. 19-42) Così A.

Stampis, miles, civitatis Potencie comestabulus interfui. † Ego abbas Franciscus de Madio archipresbiter Potencie interfui. † Ego Galasius de Stanpis testis sum. † Ego Angelus de notario Andrea interfui. † Ego Antonius de Balba testis interfui. † Ego Bisantius de Leone de Potencia testis interfui. † Ego subdyaconus Nicolaus de Inganulo testis sum.

6

7

8

Così A

Così A

Matteo de Stampis, figlio di Francesco, unitamente al padre, già consigliere regio e giudice della Gran Corte della Vicaria, fu nominato comestabulo della città di Potenza nel 1327, con lettera graziosa emessa a Napoli e intitolata alla regina Sancia, in seguito alla morte di Ruggero Bariona, precedente reggente dell'ufficio della comestabulia. Matteo fece rogare al notaio Angelo de Bonopari di Potenza il suo testamento il 19 aprile del 1363 (cfr. Giganti, *PL*e pergamene dell'archivio arcivescovile di Acerenza secc. XIII-XIV, docc. 4-5, pp. 117-121; doc. 13, pp. 149-152). Il 17 giugno 1337, qualche giorno dopo la loro nomina all'ufficio di comestabulia, il notaio Andrea de Superta di Napoli rogava un contratto nel quale era dichiarato che il miles Francesco de Stampis, giudice della corte della Vicaria, aveva prestato la somma di 30 once al notaio Nicola de Iacchino di Potenza, al tempo in cui Nicola studiava ed ebbe necessità di questa somma per poter comprare un numero elevato di libri. Nicola per restituire la somma, concessa a titolo di mutuo, donava al miles Matteo de Stampis, figlio di Francesco, una sua terra sita a Potenza nella contrada Canaletto e le terre site a Petra Pertusata (Pietrapertosa). Il contratto in questione, tuttavia,

riporta notevoli incongruenze cronologiche: è sotto l'anno 1327 le decine.XX°. sono aggiunte nell'interlineo, sotto il ventinovesimo anno di regno di re Roberto d'Angiò che iniziava da maggio del 1338 e sotto la quinta indizione nel 1337 cadeva la seconda. Sembra, quindi, che Francesco fosse ancora vivo nel 1337 (ASPz, fondo San Francesco, perg. n. 4; cfr. FORTUNATO, *Badie, feudi e baroni della valle di Vitalba*, vol. III, *Cartulario e Codice Potentino*, p. 332). Il 2 febbraio 1341 il comestabulo Matteo de Stampis vende a Gerardo de Carruba, magister phisicus, alcune sue terre site nel tenimento di Potenza (ASPz, fondo San Francesco, perg. n. 9; cfr. G. FORTUNATO, *Badie, feudi e baroni della valle di Vitalba*, vol. III, *Cartulario e Codice Potentino*, p. 334). Nel 1362 a seguito del matrimonio di sua figlia Caterina contratto con il nobile Errico de Comitibus, detto de Casalicho, di Tricarico, il comestabulo Matteo le assegnò la dote nuziale consistente in ottanta once (ASPz, fondo San Francesco, perg. n. 13; cfr. FORTUNATO, *Badie, feudi e baroni della valle di Vitalba*, vol. III, *Cartulario e Codice Potentino*, p. 336)

Così A